

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Abstinencia h  
cum uariis

Mater sanitatis est abstinencia, mater egritudinis uoluptas. Sine cerere enim et uino cito friget Venus, et a patre Libero ad inconcessam uenerem est proximus gradus intemperancie.

Ieronymus in quadam epistola.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

cerere] id est pane *add. supra lin. ab alia manu* B C; cerere] id est pane *add.* M; enim *om.* M; cerere enim] enim carne P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; libero] id est uino *add. supra lin. ab alia manu* B C; libero] id est uino *add.* M; est proximus gradus] gradus est proximus L<sup>2</sup>